dem, quod et vos, Sorores adamandæ, meam approbetis sententiam, non estis ulla hæream in dubitatione. Quoniam verò apertus ille superiori tempore Martis impetus, pessimusq̃, hominum pessimorum animus damnum vobis haud leve attulit, velim, ut unaquæq̃, vestrum impedimenta ac damna, quæ ceperit ab illis, fusioribus exprimat verbis. Strenuè agite, à latere vobis me sistam, verbis vestris attentas aperiam aures, et tandem ad finem ser[illegible]mone vestro perducto, decisivam feram sententiam.

Adamus Sigismundus Richterus, Sagr. Siles.
1667.

Clius
ad
Apollinem
Præludium.

Ad tua jussa, Apollo, qui præses, dux atq̃ pater Musarum diceris, [illegible]sistimus, promptæ paratæq̃ sumus, ut mandatus nobis injunctum debi[illegible]ta fide exequamur. Ut enim hactenus in alijs: ita nec in hac re tibi nostra denegabimus officia. Nos omnes præsentes, nos omnes gaudentes, nos lætantes, ad tua jussa nos gestientes vides, dum valde nos respicis. Parata sum injunctum mihi mu[illegible]nus debita fide, prout nostra erga te requirit observantia et reverentia exequi. Vos igitur, meæ Sorores, paulisper hic sub[illegible]sistite, ac me primum loqui concedite, tu autem, Apollo, me re[illegible]spice: respice Sorores, lobilemq̃ respice juventam, ut, quæ cur[illegible]sum studiorum impedire possint, cane pejus et angue fugiant; nos autem salutiferam fontis Pegasei aquam alacri constantiq̃ mente hauriant, et ad immortalitatis Parnassum perveniant.

Clius
Dissertatiuncula
De
Conversatione studiosorum cum inertibus.

1 Ingenuos, si tacerem, perditura essem adolescentes, non secus ac [illegible] silentium imprudentes perdidit Amyclas. Nam et Martis effecta, quæ diffundit in sua subjecta, facile impediri et dissipari solent, dum multa sunt, quæ forti et felici ingenio præditum adolescentem à bonarum rerum studio deducunt ad ingeniorum pestem ignaviam, ab ignavia ad turpe otium, ab otio ad malorum escam voluptatem, qua non minus ac hamo pisces capiuntur homines. Sed ego quidem, Martis Præses, nullum studiorum subsisti[illegible]us Planetæ aspectu inter studiosos spirantes majus impedimentum comperi, quam conversationem cum inertibus, malis ac improbis. Quos enim Planeta felici et subtili ingenio donavit, et ad maxima quæq̃ munia obeunda inclinavit, eorum multi

Martis effecta impediri possunt.

degenerant.